



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 42. Franciæ Oratorum postulata de proponendo decreto circa  
residentiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.  
rem prosperi successus spem ipsis fecerant Hispaniæ Nuntii, & Borromæi Cardinalis literæ: nihilominus tum hac in re nihil decisum est.

## §. XLII.

*Franciæ Oratorum postulata de proponendo decreto circa residentiam.*

*Pallav. l. 19.*  
*s. 6. n. 4. 65.*  
*Psalm. p. 683*  
Feria tertia die Beatæ Virgini purificatæ sacra Franciæ Oratores Legatos adibant, afferentes, proponendum esse decretum de residentia receptum in conventu, qui coram duobus Cardinalibus Lotharingio, & Madrutio habitus fuit. His addebant: „ hic fuit omnium Conciliorum mos, ut in cœtu generali referrentur, quæ in peculiari- bus statuta fuerant: prout pariter duo illi Cardinales Lotharingius, & Madrutius censent, qui sibi in animum inducebant, nolle Præsides Decretum illud sententiis exponere, quin ejus comprobationem præviderent. „ Legati, cum studerent suam tueri dignitatem, ac potius leges præscribere, quam a quocunque privati juris viro illas accipere vellent, Gallis hæc reposuere: „nostro muneri satisfaciamus, ac petito vestro annuemus. „ Postea cuncti simul convenere Cardinalem Lotharingium, eidem exponentes, quod haud  
con-

congruum sit decretum proponere tot Patribus eidem reluctantibus: verum Legati hunc Cardinalem tam gravi tædio, ac bile commotum compererunt, ut rem ultra urgere, haud consultum censerent, quocirca brevi ab eo recesserunt.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

§. XLIII:

*Legatorum propositiones ad Lotharingium, & Madrutium.*

Alterâ die mane Legati ad Lotharingium decrevere Senogallensem Episcopum, Archiepiscopum autem Lancianensem ad Madrutium destinarunt, ut utrique hæc proponerent: „ in alios „ octo dies differetur decretum de „ præscribendo die certo Sessionis: in- „ terim vero referentur in generalem „ confessum sex Canones minime con- „ troversi, & Decreta doctrinæ illis re- „ spondentia, nec minus pariter pro- „ ponetur decretum de residentia a Car- „ dinale Lotharingio digestum, nec non al- „ terum a Legatis confectum, ut Patres, „ quod sibi melius videretur, comproba- „ rent. „ Verum hoc consilium duobus hisce Cardinalibus haud probabatur, quapropter Legati ipsos invitabant, ut die prima Februarii cum illis convenirent, una deliberaturi circa proxima-

Pallav. c. 16.  
n. 5.